

nam igitur ratione victori, atque irato Cæsari obvium ibitis? Magnas profecto Venetas vires terra, marique esse exploratum babeo. Cæsari Gallias invadenti, tot incrementis aucto, minime difficile erit, majori spe subnixo, vestrum imperium adoriri. Hisne tot imminentibus periculis vestra bac in neutram partem propensione occurrere posse arbitramini, qua Cæsari neque animus, neque vires franguntur; immo bac vestra cunctatione, ac veluti sopore haud mediocriter augentur? Ita sane casu venit, ut qui prudentiae nomine capti neutri adhaerent, in utriusque offensam incurvant; dum qui potentia, ac viribus antecellit, injuria se affici, ni suis rebus faveat, qui minus, pollet, ni mature opem ferat, contumeliam sibi illatam existimat; ita neque hostium damna vitantur, neque amici benevolentiae officiis conciliantur. At pulchrum est, dum reliqui in magna rerum turbatione, ac tumultu versantur, quiete, & otio frui. Optime id quidem, nisi falsa tranquillitatis specie certa, ac summa pericula tegerentur, neque secus atque iis contingenteret, qui pecunia fœnore accepta, securi admodum, & laeti fruuntur, donec brevioris commodi, quod adepti sibi fuisse videbantur, acerbas pœnas huant. Nec est, quod prudentiae nomine nobis metipsis blandiamur, quippe quæ in præsentibus recte administrandis non modo, verum maxime in futuris prævidendis & prospiciendis eluceat; neque is laudis præmium ferat, qui, ut præsentibus commodis fruatur, ultro in ingentes se molestias dimittere velit. Ille potius magnæ omnium opinione virtutis laudem tulit, qui nonnulla cum jactura imminentia precavet malam; peritos medicos imitatus, qui cum propinquum morbum diligenti presagio persenserint, illius minime adventu expectato, pharmacis, atque aliis ex arte petitis remedii profigare, atque avertere conantur, exiguae, ac cito interituræ ambiguae sanitatis voluptati, spem future firmioris incolumitatis anteferentes. Vos autem in imperio administrando, quibus tot capitum salus innititur, res tam magnas, tam ingentes fortunæ committetis, ne paululum ab ea, qua vobis metipsis frui videmini, tranquillitate dimoveamini? prudentiaque, & consilio abjectis, temporis beneficio acceptam Rempublicam feretis, cum certa illa, ac firmissimis nixa radibus sint, hoc infirmum, incertum, fallax? Inspicite obsecro, quonam tempus terendo res